

# ARGUMENTUM.

**S**emper Ambitio invidiam parit. Id fato suo expertus docuit Dion Syracusanus , qui Dionysium Tyrannum ex Sicilia expulit , & Heraclidem sceptri æmulum e medio sustulit , regni cupiditate accensus . Hoc facto , uti & aliis importunis exactionibus , quibus Optimates potissimum vexabat , eorum animos vehementer in se concitavit , Callicratis præsertim , hominis & callidi , & ad fraudes ferendas nati : qui Dionis imprudentia armatus , eundem per suos Zacinthios ( lecta militum manus erat ) & regno & vita exuit. *Cornel. Nepos , sec  
Æmilius Probus de vit. Illust. Imperat.*

Scena figitur in Palatio Regio ad portum Syracusanum.

## PROLOGUS.

Phœbus ad reliquorum Planetarum , & Terræ querelas ambitionis Lunæ funestam Eclipsin decernit.

### ACTUS I.

*SCENA 1.* Dion , sibi male metuens , Sacrificium Proserpinae indicit ;  
*SCENA 2.* Qua occasione utendum ratus Callicrates , nova contra Dionem consilia init ;

*SCENA 3.* Quæ cum non nihil turbari videret,

*SCENA 4.* Ad novam fraudem configit :

*SCENA 5.* Ac , inopinato licet nuntio turbatus ,

*SCENA 6.* Pergit tamen fraudis telam pertexere.